

menzò a di primo marzo 1501, a sier Alvise Boldù, <i>quondam</i> sier Francesco, per ducati . . . . .	21,010
Dazio di la mesetaria, per anni do, començò a di 15 septembrio 1501, a sier Jacomo Arian, di sier Francesco, per ducati . . . . .	18,530
Dazio dil ferro, per anni do, començò a di primo marzo 1501, a sier Piero da Canal, <i>quondam</i> sier Nicolò . . . . .	3,060
Dazio di la grassa, per anni do, començò a di primo marzo 1501, afitò a sier Anzolo Valier, di sier Antonio . . . . .	5,100
Dazio dil legname, per anni do, començò a di primo marzo 1501, a sier Marin di Prioli, <i>quondam</i> sier Marco . . . . .	5,050
Dazio di legne da fuogo, per anni do, comenza a di primo marzo 1502, a Nicolò Cortexi, lire . . . . .	9,500
Dazio di l' oio, per anni do, comenza a di primo avosto 1502, a sier Alvixe Boldù, <i>quondam</i> sier Francesco, ducati . . . . .	18,800
Dazio dil vin, per uno anno, comenza 1502 primo septembrio, a sier Luca Arian, ducati . . . . .	62,000
Dazio di la becharia, per uno anno, comenza a di primo octubrio, a sier Zuan Francesco Sagredo, <i>quondam</i> sier Piero, per lire 134,100, pizoli 3.	

*Copia de una scriptura, trovada a Verona ne la capsula di la cruciata, a San Bernardin per avanti, in numero di danari.*

Johannes, servus servorum Jesus Christi, senatus populoque veneto, in Deo patre nostro et domino Jesu Christo, gratia vobis et pax. Gratias ago Domino, Deo nostro, atque vos ipsi mecum agere debetis, quod ante tribulationem et Dei judicium super sit vobis ad poenitentiam locus, et mihi errores vestros revocandi, si quae sunt Dei exaudire volueritis. Verum quia accessus meus ad vos posset multum differi, et, dum differtur sermo, vobisecum magnum universo statui vestro, immo toti Italiae, immo magis toti catholicæ fidei imminet exitium. Litteris meis vos præveniendo monere volui, ut cogitationes vestras in Dominum jactefis, a quo recta cōsilia et iusta proficiscuntur opera. Sed in his brevius reminiisci vos oportet propter peccata evenire adversa. Et propterea, qui cavere ab adversis vult, a peccatis quoque debet cavere, adversa vidimus temporibus retroactis, sed manifestius nostra tempestate.

102

Neupactum, Antivarim, Methonum, Coronum, Dyrachium, cetera silentio prætereo, damna tum nava li, tum terrestri bello a turcis atque aliis suscepta, sed mihi creditum, ascribere erga sacerdotes, saera, et Deum ipsum modicam religionem, luxuriam et libidinem omnem, blasphemias, avaritiam, a quo plura scandala, usuras, extorsiones, injusticias et tolerantiam delinquentium. Sed expedit exprimere (*sic*) stipendiariorum salario et officialium vestrorum exactionem triginta quinque pro centenario, decimas clericorum, imprestita quinque marculos pro quolibet campo, ludos et alia innumerabilia. Num cognoscetis, quod dulce vinum in acetum convertere conamini, et subditos immo proprias vires et manus mihi vosmetipsos expergescimini, aliquando et ad Dominum convertimini, et cognoscetis quid valeant vires alemannicæ, gallicæ et teucræ, et quid aliena malicia machinaverit. Neque mihi propria sapientia confidite, stultam facit Deus sapientiam hujus mundi; exempla Ludovicus Sforcia, Ferdinandus aragonensis. Propicietur omnipotens vobis in omnibus vestris bonis operationibus, atque vos conservet et defendat in illis quatuor, pro quibus quotidie domino Jesu Christo, redemptori nostro, preces fundimus, scilicet salute animæ, corporis, honoris et status.

JOHANNES.

Lucifer, inferni tocius rex, tartari, abissi aliorumque principatum dux, dilecto filio suo, Alexander papæ sexto S. P. D.

Ad nos et nostros gubernatores in dies animæ infinitæ accedunt, fili dilectissime, magno cum ululatu et gemitu, que de tuis moribus ac fide, quam erga nos gerit tua sublimitas, nobis referunt miranda, asserentes ad regna nostra tuis potius auspiciis quam eorum malis ipsas devenisse; ob quæ te fidelium nostrorum numero adjudicandum censemus. Scimus etenim nos summa haberi veneratione, et pro nobis illud operari quod decet quemcumque servum fidelem pro domino suo facere, quod, si feceris in futurum, sicut speramus, nos tibi plurimum reddes obnoxios. Gaudemus, quod tu, qui Christi debes esse vicarius in terris, et cui claves regni cælorum datae sunt, digneris te nostrorum subditorum aggregare consortio, et curare regni nostri repletionem. Et vere, licet nos teneat longa memoria, attamen non recolimus aliquem pontificem, ex tuis prædecessoribus, nobis tanto fuisse commodo, et cuius opera regna nostra tantam amplificationem suscep-rint. Memento te habere claves ligandi et solvendi;